

Ayuntamiento de Madrid

^c
XVI 42

Lug 17-6

Brasmo (Desiderio)

De octo orationes partium constructione libellos, cum commentariis Tunii Rabirii et hispanica interpretatione -

1. vol., 8º pasta fina - 210 pags.

Lyon Jehan Frellon - 1549.

Aunque no consta el nombre del autor en la portada, se sabe que es producción de Brasmo.

Mrs. L. C. tiene copia en sus Almanques Typographiques (nº 193), el estundete de Jehan Frellon exactamente igual al que ostenta la portada del carísimo librito que nos ocupa; pero dice que su impresor actuó de 1542 a 1547 y, venmos por los datos citados que todavía seguía imprimiendo dos años después. Morante no lo trovo punto que el único ejemplar que apunta (Catal. t. VII - nº 72.561) es de Lyon

Antoine Vincent, 1551.

No cita este libro el Conde de la Verna
26.

Este ejemplar termina en la pag. 270
y creo que ha de faltarle la última
hoja

Costo - 15 pesetas -

R. Fuentel



DE
OCTO. ORA

19. ISPARTA
FEDERICO

ESTE
JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Hijo de

ESTE

JULIO RODRIGUEZ

Alejo Vicent, 1551
de este viejo libro el conde de la Vizca
y el
de inglés terminó en la pag. 210
y otra que ha de ser la última
pág.

15 páginas

R. Vicent

OCTO^{D E} ORA-
TIONIS PARTIVM
CONSTRVCTI ONE LI-
BELLVS, CVM COMEN-
tariis Iunij Rabirij, &
Hispanica inter-
pretatio-
ne.



nº 7. 177

L V G D V N I,
Apud Ioannem Frellonium,
1549.

OCETO ORA
TIONIS PARTIA
CANTACIONE
CANTADA EN CORO
TOMAS JAVIER RAPÍA
Hypotheca
-oñate
-oñate



LIBRERIA
Alfonso Gómez Tejedor
244

Hispano Lectori S.

GUICLMI LILIJ, seu potius Erasmi, auctoris Lorrani
De constructione libellum, quem
suis Anglis edi curauerat Ioannes
Coletus, uno ore probarunt omnes Gallorū
academiæ. Cui deinde commentarios adie-
cit Iustinus Rabirius, cum Gallicis quibus dā
Latine phrasis versionibus: rem etiā, erudi-
torū omnium sententias, instituēdis & exercecdis
pueris apprimē vīlē. Hinc factū, vt & nos
Hispanis gratū facere cogitationes, interpre-
tationes apposuerimus Hispanicas, vbi alij
Anglicas aut Gallicas apposuerunt. In qua-
re illud cum primis curauimus, vt etiam in
Hispanica ipsa lingua vīpi constructionis
Latini verbi exprimeremus. Id quod paſſim
felicius quam Anglus aut Gallus sumus af-
sequiti: cùm sit Hispanica phrasis Latine
propinquior. Quam nostram, ni fallor, non
contemendam operam, si tu semel proba-
ris, Hispanæ lector, reddes nos, ad alia Hi-
spanis cūdenda, alacriores. Vale.

A 2

IPNIVS RABIRIPS IOANNI
A PVLCHRO RIVO PRAE-
fatio Brageraci.

3.

PERMAGNI interest dissentium,
Præfecte vrbis, lingua Latina fide-
liter initiari: quippe qui , nisi his,
quibus ætas puerilis ad humanita-
tem informari solet, artibus doctè erudiatur,
frustra in cæteris elaborabunt . Hanc plagam
plerique isthic acceperunt: quorum omnis, in
euoluenda legum sylva , opera vnam ob cau-
sam perierat: quod emendatè loquendi scien-
tia minimè succincti , & ut Græci dicunt, ἀτ-
τικοὶ χερσοὶ, rem tantam, vbi verborum elegan-
tia resulget, aggredenteruntur . Cuius pestis cau-
sa ac origo mihi cuncta rimanti , ea vel pri-
ma succurrit , quod dum nescio quas Gram-
maticæ claves , aurea compendia , postre-
mo dictata, quas scripturas illi vocant, nudè ac
frigidè doceant, inculcent ipsi præceptores vi-
tiosi, vt nusquam magis similes habeant labra
laetucas: non fieri potest, vt orationis mundi-
tiem sibi comparet puer . Nec enim is rectè
quenquam erudiet, cuius sermo vitiosus sit: vt
nulla res dat alteri colorem , quem ipsa non
habet . Hoc tamen plerique eo (me Deus ita
amet) supercilie faciunt, vt se rei grammati-
cæ Atlantes iacent, idque pueris miseris per-
suad

5

suadeant: quod etiam vnius confessione ex-
pressimus, qui extintam Grammaticam di-
cebat se ab inferis posse reuocare, cui tamet
tertio quoque verbo sollecismi fœditas exci-
debat. Contrà quisquis is fuit ~~wāriqāqu~~ hu-
ius libelli author, nuda præceptorum tradi-
tione omissa, pueritiaz formularum illecebriſ
blandiens, illecat ad Latini sermonis ele-
gantiani. Quod opus cùm ciuibus tuis ludens
expofuifsem, rationemque contexendæ ora-
tionis, vt sine ullo errore pueri Latinè loque-
rentur, demonstrafsem: loca authorum, quæ
veluti sua fide interseruit, indicando: à me qui-
dam familiariter postulauerūt, vt diſta hæc
in apertum proferrem: quibus diu sum equi-
dem reluatatus, quod diuini hominis Budži
Romanz facundiaz diuitias, meis velut per ma-
nus compendio traditas, accedente Gallica-
næ diſtionis lumine, publico committendas
prius ducebam. Sed nescio quo fato factum di-
cam, vt iis propitia Lauerna plagiarius qui-
dam me Tolosæ prælegentem spoliarit: quæ
iniuria mihi muſſitanda fuit. Sed ne videret
partim meos, partim præceptores (erat enim
huic rei grauis, & incredibilis parata quædam
expectatio) vana spe laſtasse, famam eruditio-
nis affectans, vt fidem meam aliqua ex parte li-
berarem, schedas has sub incudem reuocaui:
à quibus ne quenquam obscuritas reiiceret,

penè singulas phrases verbis ad id significandum maximè accommodatis populari Gallie lingua reddidi, doctorum usus cōsilio: quorum emulari exopto negligentiam potius, quam quorundam affectatam & obscuram diligentiam. Quis enim doctorū nescit pueris erudiendis omnia iusto clariora esse oportere > quorum disciplinam formanti deuorandum tedium illud, tenuissimas particulas atq; omnia minuta mansa, ut aiunt nutrices, in os inserendi. Itaq; mihi vitio verti non debet, si commoda breuitate accedente, verborum facili enarratione pueros inescandos censui, multa ad firmius ætatis robur reseruans: quibus affixis verebar ne laboris molestiis deterri, multi deficerent à Mulus: quorum nonnullis vel tardii musca animum refringit & eiicit. Quid quod, Quintiliano inter grāmatici virtutes est aliqua nescire. Hos cōmentarios Roberti Stephani commisi, ac mandavi fidei: qui unus maximè omnium occurrebat emendandis restituendisq; literis natus, & vt ita dixerim, factus sculptusque. Quare, quod mihi optandum fuit, diuina quadam virgula contingit, tum typographi in iis emendandis, quæ mihi nondum refrigerato inuentionis amore excidissent, felix iudicium: tum tui nominis splendor, cui editionem hanc nuncupare visum fuit, non solùm propter tua in me officia,

quib

quibus tibi animam debeo: neque propter illam utriusque iuris disciplinam, pari prudenter coniunctam, cuius commendatione clarissimi principis Lausundi domus cōfilio tuo innititur, imo in te uno omnium nostratium spes sita est: qua fama celebritate Christianissimus Galliarum rex te ista præfectura donauit; verum quod amplitudinis tuæ odore tuus liber sine inuidia laude inueniet, amicosque parabit. Vale. Lutetiae. AN. M. D. XXXLIII.

xxxiii. Calend. Martii.

J O A N N E S C O L E T U S D E :

C A N V S S A N C T I P A V L I

Gulielmo Lilio ad Discum Pass-

lum Iudi moderatori

primaris

ZYNIKONIS REGIONE AD

S. D.

 A VD aliter mihi videor affectus isti nouam hanc scholam nostram, Lili charissime, quam in unicum filium patet, in quem non solum gaudet ynjersam suam substantiam transfundere, verum etiam sua viscera (si liceat) cupit impartiri. Nam vt hunc est parum genuisse, nihil eundem diligent educatione ad bonam frugem prouexerit: ita meo animo non satis est, quod

A 4

com

Iudicium hunc institui, hoc est, genui: quodque
 insimipto patrimonio vniuerso, viuus etiam ac
 superstes solidam hereditatem cessi: nisi mo-
 dis omnibus deni operam, ut piis moribus &
 bonis literis diligenter educatus, ad maturam
 frugem adolescat. Proinde libellum hunc De
 constructione octo partium orationis ad te
 mitto, pusillum quidem, sed non pusillum utili-
 tatis allaturum nostræ pubi, si diligenter abs-
 te fuerit traditus. Scis in præceptis breuita-
 tem placere Flacco, cuitis sententiam & ipse
 vehementer approbo. Porro, si qua præterea
 erunt digna cognitu, tuarum partium erit, ut
 incident, in prælegendis authoribus adnota-
 re. Bene vale. Domi nostræ, AN. M. D. XXI.

ERASMVS ROTERODAMVS
CANDIDIS LECTORIBVS

S. D.

PSA RE COMPERIO VERUM ESSE QUOD
 OLM GRÆCORUM PROUERBIO DICTUM
 EST, οὐδὲν ἀκαπτός εἶδεν Ιχθύας Διαπλούσα.
 Video paſſim exoriri mei nomi-
 nis & quam ipſe velim studiosiores, qui libros
 mihi afferunt, quos aut non scripsi, aut certe
 non in hoc scripsi ut ederetur. Vetus hic mos
 studiosorum hominum, ut omnes animi affe-
 ctus chartis ceu fidis (ut ait Flaccus) fodalibus
 com-

committant. Neque protinus euulgari velimus, quicquid cum amiculo congerrone vel stomachamur vel nugamur. Ediderunt epigrā mata, à me quidem scripta, non inficio: sed non in hoc scripta. Ea (sicuti coniicio) familius sussurratus typographis vēdidiit. Alius quis piā ex pauculis paginis, iisque deprauatissimē scriptis, velutex opere edito, dictū mirum quām multa citet & inculcet de ratione conscribendarum epistolarū. Et, vt de cæteris minutiōribus fileā, nuper hunc ~~πιστού συντάξεως~~ libellum mihi veluti postliminio vindicarunt, primitus nullius editū titulō. Quærebat Ioannes Coletus, Theologus inter anglos eximius nouæ scholæ suæ nouum De constructione libellum, qui simul & compendio pueris commendaretur & perspicuitate. Eum huius iussit scripserat Gulielmus Lilius, vir utriusque literaturæ haud vulgariter peritus, & mirus re&ctè instituēdæ pubis artifex. Absolutū ab illo mihi tradidit, imò obrusit emendandum. Quid enim facerem, cū vir ille rogandi finem non faceret, tam amicus: vt nefas esse ducerē quicquam negare precanti: tantæ verò authoritatis, sic de me meritus, vt suo iure quiduis etiā imperare posset Erasmo? Quoniam autem sic emendaram, vt pleraque mutarim (nam id mihi videbam esse facilius) nec Lilius, vt est nimia quadā modestia prædictus, passus est librū

A 5

suo vulgari nomine: nec ego iudicauī mei cā-
doris esse usurpare mihi, in quo quicquam es-
set alienum. Proinde magnopere sum inter-
minatus, cuiusvis titulum ascriberent, modo
ne meum. Itaque reūlante vitroque libellus
prodidit, Coleti duntaxat pr̄fatiuncula cōmendatus. Quem quidem libellum in
pr̄sentia, nec laudaturus sum, ne eui videar
arrogantior: nec vituperaturus, ne parum can-
didus habear. Verūm h̄c pr̄fari vissum est,
ne posthac quisquam vt meum amplectatur,
quod ipse pr̄fatiuncula mihi nō altero. Plus
satis erratorum & in iis quæ publicātur à no-
bis, vt nemo alijs edat quæ vel non scripsi-
mus, vel non emendauimus. Bene vale lector
amicus. Basileæ, 111. Calendas Augus̄t. m.
Pr. x v.

DE CONSTRV-
CTIONE VERBI.

NOMINATIVVS CVM
VERBO.



Mne verbum antecedit nominati-
vus agentis, seu patientis eius-
dem numeri & personæ: ut,

Ego doleo.

Tu gaudes.

Illi rident.

Nos fallimur.

Verbo personali finito nominativum preponimus
simili numero & persona.

Ego doleo, lo me duelo. En nominativus (ego) Ver-
bo doleo prefixus, cum eo numeri eiusdem ac persona.
Vtrumq; enim singulare est persona prima.

Sic, Tu gaudes, Tu te alegras.

Illi rident, Aquellos se rien.

Nos fallimur, Nosotros somos engañados. Pro-
nominis enim vim nominis habent, sed emendatè lo-
quentium aures offendit unum hominem multitudi-
ni numero compellandi consuetudo: qua sermonis fac-
ditate aliorum auribus plerique seruiant: quod ut est
reprehendendum, ita orationis vitium est. Nam tuipsan-
di, de tuteat, iniuria apud Romanos null'a fit nisi cum
genus significamus non personam: quale est illud Na-
sonis, Que nostra libido est. Taxat enim virorum ge-

nus. veluti si quis vni meretrici dicat, vos estis pernici-
es adolescentum: non vnam notans, sed totum ordi-
nem. Maxime tamen in prima persona valebit nume-
ri illa libertas. Cicero ad Brutum. Populo, inquit, impo-
nimus, & oratores nisi sumus. cum de se tantum lo-
queretur. Quae formulas tropi assignat Fabius lib. 8.
In tertia inuidie causa motuuit Terentius. Cum, ait,
ad uxores ventu est, cum fiant senes. cum de uno Chre-
mete diceretur. Porro quadam specimen solacei habi-
bent. vitiosa tamen dies non possunt. Cicero pro Rabiu-
rio, fit senatus consultum, ut C. Marini, L. Valerius
consules adibiberent Tribunos plebis & Praetores, quos
eis videretur. Caesar. Ad huc qua visum est, Caesar re-
spondit. Vbi orationis integratitudine defit (respondenda es-
se) nam hic durior antiposis vissis, quam ut Romana
puritas ferat. Quo fit ut in illo Vergili, Verbum quam
statuo, vestra est: nulla casus permutatio fit: verum ad
constructionis numeros (verbis) desideratur.

Illud non omittendum, agentis nominativum di-
ci, qui rei cuiquam operam dare intelligitur: hoc enim
agere est. Ut, Ego amo. Oti sum me non vides. Patien-
tis vero nominativum interpretamur, cui nolenti vole-
lenti. quiera o no, aliquid sit: ut, Tu amaris a me.
(Tu) nominativus patientis est. Vetus enim nolu me tui
capit amor. haunque no querais.

Addunt plerique affectionem neutram, cum in
aliam personam significatio non transit. Pates enim au-
res, inauditum est, dictu autem oportuit, Pates facio au-
res. Cie. Ita fit ut his assentatoribus patescat aures.
Escuche de buena gana. Hic multi physicum agen-
tes suas partes omittunt magna inuentatis iactura.
Illud denique subiungam, quo puer verborum elegan-
tiam

tiam imbibat, Antecedere, Precedere, ad que sequi
 & Apponi referuntur, à dictis usurpari: pro eo quod
 est Regi. Gaudet autem & Asciscere, & que utrin
 que locum habent, ne pueris afferant errorem A priori
 vel A posteriori, presententie ratione accipient.
 Neque dictis displicebit, Ante habet, Post se habet. In
 dictum fertur: pro eo quod est Regis. Nisi quod eorum
 species, regedi verbum videtur, quo verbo & Valla
 us est: Regunt, inquit, casus, regunturque à verbo
 & participio.

APPENDIX I.

Prima & secunda persona ferme non
 explicantur, nisi discretionis aut Emphasis
 causa.

Nos accusauimus, Vos damnaſtis.

Tu audes ista loqui?

*Qui latine sciunt, verbis prime & secunde perso-
 na pronomen (tu) non addunt. Terentius, Quin omittit
 me. Dexa me.*

*Nisi discretionis causa, ut Nos accusauimus. Vos
 damnaſtis. Nosotros hauemos acusado y voso-
 tros condemnado. Est autem discretio, cum aliquo-
 rum studia contraria sunt. Terentius in Phormione,
 Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero succen-
 triatus. Anda primero, yo hare la celada por te dar
 socorro.*

*Emphasis vero causa: ut, Tu audes ista loqui? Cice-
 ro Lentulo, Ego omni officio, ac potius pietate erga te,
 ceteris satisfacio omnibus, milii ipse nunquam satisfa-
 cis.*

gio. Ego Cicero, qui sum tua causa ab exilio rupocatus,
qui tibi animam debeo. Que tengo mi vida de ti.
Est enim Emphasis, ut Quintillianus placet, amplior
virtus, altiore praebens intellectum, quam quem verba per se ipsa declarant.

APPENDIX II.

Aliquoties orationis pars, nominatiui vi
ce ponitur: ut,

Dolet nabi quod res non cesserint tibi
ex sententia.

Oratio est integrasententia explicatio cuius par-
tem dicimus fragmentum eiusdem, velut incisum, qui
vocabulum contextum (clausulam imperfectam alijs, appell-
atione alijs) vocant sententiam non absolvit. Is nominatiui
vice ponitur. Ut, Dolet nabi quod res non cesse-
rint tibi ex sententia. pesame que no succedio co-
mo tu quisieras. Cuim orationis illa pars (quod res
non cesserint tibi ex sententia) nominatiui vice posita
est: illi enim parti tanquam nominatio respondet ver-
bum (dolet.)

Quod agis, bene vertat: Proferre succedat, quod
agis: ad hanc formam pertinent, plege adios que tu
echo vaya bien.

Item a posteriori, nominatiui partes agit orationis pars
ut in illis bene precandi formulis, Quod agis bene for-
tunent superi, Preco! Ut hic dies tibi - andidus illuxer-
it. Buenos dias haya. Bona dies durum quidem vi-
detur: sicut bonus vesper. Illud autem dulcissimum, Paxit
Deus, ut aut placide dormias, aut feliciter somnies.
Preco! Ut tibi secunda succedant omnia, Dios te de
buena

buenaventura.

Item verbiū infinitū: ut,
Mentiri non est meum.

Aduerit verbiū infinitū pro nominativo ponitur. Heratius, Virtus est vitium fugere. Virtus es, guardar se de vicio. hoc est, Virtus est fuga vitiorum: ubi verbiū infinitū pro nomine sequitur. In illo autem Persy praeedit, Velle suum cuique est. A cada cada beca su lelo. Menti non est meum. No es mi costumbre de mentir. Hic infinito verbo Viss est pro appellatione: mendacium enim meu vult intelligi. Eiusmodi partium mutationem. Quintillianus figuris assignat libro 9.

APPENDIX III.

Cum plures nominativi ad idem verbum referuntur, ad hunc fere modum efficiuntur.

Pater & praeceptor accersunt te.

Ego & tu sumus in tuto.

Tu & pater estis in periculo,

Ego ceterique cognati periclitamir.

Duo singularia, vinculo intercedente, postulant plurale verbum: ut Pater & praeceptor accersunt te. Tu padre y el maestro te llaman. Quod si alterum personae prima est, eiusdem verbiū erit. Si vero primum (tu) personae tertia connectitur, secunda persona verbum esse. Optimus tellus est Cicero ad Teren-

Terentiam his verbis, si tu & Tulliola valetis, ego & Cicero vaemus. Si tu y naefra hijuela Tullia estays buenos, yo y nuestro hijo Cicerõ buenos estamos.

Ad hunc modum dicimus.

Ego & tu sumus in tuto. Al seguro estamos yo y tu.

Tu & pater estis in periculo. Tu y tu padre estays en peligro.

Ego & ceterique cognati periclitamur. Yo y todos mis parientes de parte demadre estamos en peligro.

A P P E N D I X . I I I .

Quæ per se multitudinem significant, aliquando numero discrepant. vt, Pars abiere.

Quedam, quæ collectina appellant, numero singulare multitudinem significant: & eo plurale verbum efflagitant. Huins classi sunt, populus, gens, turba. Virg. Pars in frustra secant. Los viños los cortan en pedaços. Sic, Pars abiere. una parte se son ydos. Vbi ad intellectum refertur constructio. Quo modo raro audet quis loqui, nisi poeta, historiae scriptor.

E X C E P T I O . I .

Excipies impersonalia, quæ nullum antese casum habent:

Tædet, piget, pœnitet, vivitur, flatur.

Impersonalia cum propria cuiusdam rationis sint, puta, quorum nullum initium inuenias, nullo indigent an it-

*anteriore casu. Vergilium, itur in antiquam sylvam.
vanse.*

*Terentius in Eunucio, Quid agitur? Quæ se hæze.
statur. R eposamos nos.*

*Plant. in Persa, Quid agitur? Teren. Viuitur. Viui-
mos.*

*Terentius in Eunucio, Et t adet, & amore ardes.
T adere, Estar enojado.*

Pigere, Se repentir. Idem paenitet.

*Quanquam restringenda illius generalitatis gratia
casum aliquando ante se habent, quo modo personaliæ
vicinæ accedunt. Terent. in Eunucio, Te illud nullo
modo facere piguit. Tu no te repentiste en alguna
manera de lo hazer. Hic (piguit) persona non caret,
sed secundam accipit. Cicero Lentulo, Eius orationi ab
omnibus vehementer reclamatum est. Todos han re-
giamente contradizido a son dicho. Vbi impersona-
le (reclamatum est) persona tertie seruit.*

*Horum igitur, que passim vocis sunt, ablativum à
priori nō repudiant, dativum ve thematis casu sequen-
te, ni ab actiuis veniant. Nam accusativus proprius
actiuarū, impersonalibus nunquā consillit à tergo. vt,*

Legitur, Lee se.

*Illud dico nūquā, Legitur Vergilium, passim vicens:
sed, Legitur Vergilium. Actiue vocis syntaxim in suū
locum diffegimus.*

*Item tanquam impersonalia: vt,
Lucescit, diescit, noctescit, vesperascit, dilu-
xit, pluit, ningit, grandinat,*

Quæ exponantur per verbum Fit & Est.

Impersonalibus confinia sunt illa, excepta aeternis
Verba appellata: Diluxit, Ellalba del dia claresce.
Pluit, Llueve: tum quod tertia demum persona figura
prope dicantur: tum quod cognata significacionis nomi
natum quod peculiare (impersonalis verbo scribit
Apollonius cum Prisciano) dissimulatur: ut, Grandia-
nat, scilicet grando. Graniça.

Diescitat, dies. El dia viene.

Noctescitat, nox. Anoschesce, la noche se acerca.

Lucecitat, lux. Haze se dia. Quod nationum idiomata
suadet, rei que natura. Terentius Heautont.

Portant quid rerum. CLIN. hei mihi.

S. Aurū, deßé, & vespereascit, & non mouerunt viā.
Vesperaescit, scilicet vespere. Tarde se haze. Neque
Grammaticorū vulgus per omnia sequimur, qui deum
vel naturam, nominatum solum fatentur, Theocri-
ti autoritate duſli, hu verbu, Nunc pluit, & clarus
nunc Iuppiter atberē surgit. cum & alijs nominati-
mis gaudent. Tibullus, Multus ut in terris deplue-
ritque lapis. Virgilinus in Georgico, Tantum pluit
ilice glandis, Statius libro oclavo Thebaidos, saxa plu-
unt. Plinius, Effigies, qua pluerat, ſpongiarum ferè
ſimilis fuit.

Item hæc, Fieri potest ut fallar.

Fieri solet. Fere fit,

Male fit, Bene fit.

Nam in bene habet, subauditur res.

Verba quedam faciem impersonalium habent, per-
sonalia tamen sunt, ut,

Fieri potest ut fallar, Hazer se puede, que yo me
ser puede &c. engañe,

engaño, o sea engañado. *en his orationis illa pars (ut fallar) tanquam nominatus subseruit verbo (potest) quale est illud Terentianum in Andria,*
Si poterit fieri, ut ne pater per me fletisse credat,
Quo minus ha fierent nuptie, volo.

Eiusdem rationis sunt, Fieri solet. A costumbre se.

Fere fit, Haze se communmente.

Bene fit tibi, Ellhombre te haze plazer. quod aliquid personal eft. Plautus in Captiuus,

Quod bonus bene fit beneficium. El bien que haze a buenos. Eiusdem generu eft,

Bene fit sermo bene precantis apud Persium. cui diversum itale fit. Terentius in Phormione,

Nunquid Geta aſiud me vis? G. Ut bene fit tibi. Que tu dios te zie. Que bien te acontezca. Et in Andria, Allys quia defit quod amant, egrē eft. A otros haze mal la falta de amiga. In quibus, Linacro authore, bene & egrē pro nominatus nominum possita sunt.

Chiusmodi partium Enallage non inest erationi illi, Bene habet in qua subauditur (res) Cicero pro Murenā, Bene habet jaſta sunt fundamenta defensionis. Vulgo diceretur, Res bene radit. Neque s. quod syllabus sentit (habet) impersonale eft, quod interim antecedit nominatus. Plautus in Epidico, Bene hoc habet. Esso va bien. Terentius in Phormione, Bene habent tibi principia. Tus principios son buenos. Cicero Appio Pulchro, Ea res sic ſe habet. La cosa palla anſi. El negocio eſtā en esta manera.

Verba infinitiū modi pro nominatiō ac
cusatiūm habent: vt,
Gaudeo patrem rectē valere: id est,
Gaudeo quod pater rectē valeat.

Infinitiū proprius casus accusatiūm est: vt, Gau
deo patrem rectē valere. Gozo me, que tu padre est
bueno. Sed, vt Cicero loquitur, audeo dicere.

Placet mihi legere, pro placet me legere.

Idem de senectute, Nihil, ait, habeo necesse de me
ipso dicere nihil.

VTR IN QVE NOMINATIVS.

Quædam utrumque nominandi casu
asciscunt: vt,

Deus est summum bonum.

Hic nūn̄mus videtur adulterius.

Aristoteles habetur doctissimus.

Perpusilli vocantur nani.

Studes pronus. Dormis supinus.

Incedis rectus.

Verbum substantiūm & praeedit & sequitur no
minatiūm: vt, Deus est summum bonum. Dios es la
summa bondad.

Post vero duos nominatiūs, proximiō respondet:
Terent. Amantiū ira, amoris redintegratio est. Riña
de enamorados es reintegración d'amor. Huc perti
nent

nent verba passiva, que ad indicium referuntur. Salutis, Virtus et clara eterna que habetur.

Hic nūm̄us videtur adulterinus. Esta moneda parece falsa.

Aristoteles habetur doctissimus. Aristotileſ tenido por doctissimo.

Eiusdem classi sunt, que vocativa appellamus, voces dicor, nuncupor, & appellor. Cicero in Lelio, Ex qua una virtute viri boni appellantur.

Idem in Catone Maiore, ut sunt, sic etiam appellantur senes. Perpusilli vocantur nani. Los pequeños sellamaneños. Appollinaris apud Gellium lib. 19, manus Graecia voce appellari dicit breui atque humili corpore homines.

Hic connumerantur que finitima sunt significativas. Cicero Offic. 2. A libro dictum est, qui inscribitur Lelius. Ne dixeris intitulatur. Horatius in Arte, Cur ego, si nequeo ignoroque, poet a salutor? Et cognomini agnominor.

Item verba gestuum, eandē syntaxis habent. Cicero in Catone, Venio in senatum frequens. Vengo al se nado muchas veces. Teretius in Andria, Redeo inde iratus, atque agre ferens. Vuelbo enojado, y mal contento. studes pronus. Studias cuesta ayuso. Pronue es, cūm terram spectas: cui contraria supini vox. Ut, Dormis supinus. Duermes papartina. voca trista.

Incedus erectus. Andes drecho. Recitus pro recte, hic nomine commutatur adverbium.

INFINITVM VARIANS.

Infinitum quoque vir inque nominatiuum habet, accedenibus verbis optandi: ut,

Petrus studet videri diues.
Malim esse diues, quam haberri.

Quorum finita utrinque nominatum habent infinitam itidem a posteriori casum asciscunt similem praecedenti: ut,

Petrus studet videri diunes. Pedro codicia ser tenido portico. Quintilianus in secundo, ita si rhetorice vocari debet sermo quicunque, fuisse eam, ante quam esset ars, confitebor.

Idem libro 7. Quo in genere semper prior debet esse defensio.

Malim esse diunes, quam haberri. Mas querria ser ríco, que parecerlo.

At quoties accusatus antecessit, et se quattuor necesse est: ut,

Malim me dimiti esse, quam haberri.

Cicero Offic. secundo, Gratum se videri studet.

Quintilianus in primo, Natura perfectum oratorem esse non prohibet.

Terentius in Phormione, Saluum te aduenire gaudeo. Alegro me, que vienes sano.

Quædam varijs modis efferuntur: ut,
Non licet Athenis esse probos.

Et, Non licet esse probis.

Et: -tutumque putauit
Iam bonus esse sacer.

Non

Non vacat esse ægrotum.

Non vacat esse ægroto.

Non vacat esse ægrotus.

Quanquam postremum hoc rarius est.

*V*ariat infinitinius (esse) syntaxis cum verbis que datum gaudent: idq; sit trifariam. Cic. pro Flacco, Liceat q; qui hac salua esse voluerunt, ipsis esse saluus.

Item pro Cornelio Balbo, Q uod sicut Romano licet esse Gaditanum. A datus ad accusatum factus est transitus. Desideratur interim casus precedens.

Idem ad Atticum, lib. 10, In Italia autem nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit. Et pro Quintio, Ne ut par quidem sit postulat: inferior rem esse patitur.

Illud genus loquendi nonnunquam reperimus, Licet esse ægrotus, Non vacat esse ægrotus. ut apud Lucas nam in decimo,

ut tamque putavit

Iam bonus esse sacer.

A lius dixisset, Iam sacerdos esse bonum. Postremum puer non imitabitur. Igitur tuto bifariam efficeret, Non vacat esse ægroto. Non vacat esse ægrotum. No hay reposo, para hazer el doliente. In illo autem non re ciperetur, Non vacat esse ægrotus.

G E N I T I V S P O S T V E R B U M .

Sunt genitiuum postular, quoties significat possessionem: ut,
Haec vestris est patrie.

Hac vestis est patris. Esta vestidura es de mi padre. Cicero in Lelio. Sed doctorum ista est consuetudine. De hombres doctos es tal costumbre.

Aut ad aliquid pertinere: ut,
Regum est tueri leges
Prudentis est multa dissimulare.
Non est nostrae factionis.
Non est mearum virium,
Non est huius loci atque temporis.

Regum est tueri leges. De los reyes es el defender las leyes.

Quintilianus lib. 12. Quoniam autem iudicia, ut misericordia est, congerentur. Segun la costumbre.

Prudentis est multa dissimulare. De hombre sabio es dissimular muchas cosas.

Non est nostra factionis. No es de nuestro vando.

Non est mearum virium. No está en mis fuerzas.

Non est huius loci atque temporis. No es cosa de este lugar, ni tiempo.

APPENDIX.

Item haec duo impersonalia, interest & refert.

Non tam interest regis, quam totius reipublicae.

Refert omnium, animaduerti in malos.

Interest & Refert, cum significant ad aliquid pertinere,

tinere, etiam genitium asciscunt.

Non tam interest regis, quam totius reipublice. No toca tanto al rey como a toda la republica.

Refert omnium animaduerti in malos. A todos conviene, que los malos sean castigados.

Plinius Referre exempli dixit, pro eo quod durè dicitur, Est materia consequentia, ut vult budens in Pandekas.

E X C E P T I O.

Hos tamen ablativos postulant,

Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra.

Minus interest mea, quam tua.

Nostra nihil refert.

Interest & Refert res fugiunt genitios, mei, sui, sui, nostris, & vestris: quorum loco ablativos postulant mea, tua, sua, nostra, & vestra.

Cicero pro Planeo, si quid mea minus interest, id te certe magis delectat.

Minus interest mea, quam tua. Menos me toca que a ti.

Nostra nihil refert. No nos toca nada. No se nos da nada.

Ita, Cuia interest, & cuia refert. Cicero pro Murena, Ea cades potissimum crimini datur cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

(Est) autem, meum, tuum, suum, nostrum & vestrum possessum, genere neutrali habet. Cicero pro L. Cornelio, Neque enim meum est contra authoritatem Senatus dicere. No es a mi de ablar contra la autoridad del senado. No es cosa q. yo acostumbro: No es bien: No es decente etc.

Q VIBVS INTERDV M
adiunguntur & bi genitiui, Vnius, Ipsius,
Solius.

Non tua vnius refert, sed nostra o-
mnia.

Tua ipsius refert.

Tua solius interest.

Et genitui participiorum.
Mea refert de vita periclitantis.

*Querundam adiectionum genitivi cum possessoribus
pronominibus coniunguntur, quales sunt, vnius, ipsius,
solius: qua lege Latinum erit, Non tua vnius refert,
sed nostra omnia. No toca a ti solo, mas a todos
nosotros. Et, Tua solius interest. A ti solo toca. Et
genitui participiorum locus est, Mea refert de vita
periclitantis. A mi toca, que me va la vida en ello.
Quod leniter attingo, cum fuissem, tum felicissimo loco
traelaturus.*

A P P E N D I X.

Adduntur & bi genitiui, Tanti, Quan-
ti, Quanticunque, Tantidem.

Nam cetera huismodi adduntur per ad-
verbium.

Magnitudo refert.

Minus mea refert quam tua.

Maxim

Maximopere refert, Nihil interest.
Plurimum refert.

Tanti et quanti, magni et parni, quanticunque
et tantidem, sola in genitivo geminus verbius (Inter-
est) et (Refert) advenient. Cicero, Per magni interest,
quo tempore hec epistola tibi redditum sit. Mucho im-
porta, en que tiempo esta letra te sera dada.

Idem Tironi, Quanquam magni ad honorem no-
strum interest, quamprimum ad urbem me venire.
Satis haze mucho a nuestra honra.

Parni mea refert. Poco se meda.

Cetera autem vel adverbialiter, vel in voce nomi-
natini, sive accusativi, nisi gaudent.

Minus mea refert, quam tua. Menos me toca, que
a ti.

Vel alerius, Nihil interest an humi, an sublime putre-
scam. No se meda mas ansí que ansí.

Plurimum refert, Maximopere refert. Mucho
importa.

ÆSTIMANDI.

Verba aestimandi genitiis gaudent: ut
Parni dicitur probitas.

Plurimi fit pecunia.

Tanti eris aliis, quanti tibi fueris.

Maximi penditur nobilitas.

Nibili, vel proxibilo penditur.

Nihili

Nibili uel pro nibilo habentur literæ.

Pauci genitini sunt, qui post verba affimandi locum habent: eos in numerato habere poteris ex exemplo qua subiiciuntur: ut,

*Parui ducitur probitas. Poco se estima la bondad.
Cicer. 3. epist. *Demonstrani me à te plurimi fieri.*
Mostrado he, que tu me preñas mucho.*

Plurimi sit pecunia. La riqueza es muy estimada.

*Cicero Tironi, *Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo.**

*Tanti eris alio, quanti tibi fueris. Tan preciado seras á los otros, quanto á ti mismo. (Est) autem aliquando significat affimare. Terent. *Quanti est sapient?**

Maximi penditur nobilitas. La nobleza es muy preciada. Pendere, affimare dicit. Tractum ab antiquis, qui penso, non numerato ere volebantur.

*Cicero pro Marcello, *Omnis voluptas praterita pro nibilo est habenda.* El plazer passado no se deve estimar nada.*

*Idem Offic. 2, *Que quidem contemnere & pro nibilo ducere.**

Nibili, vel pro nibilo habentur literæ. Ninguna cuenta se hace de hombres letrados.

Hoc plurim te hakeo, quod doctus es. Mucho mas te precio por ser doctor. Nam genitini plurim, maiorum, minimi, maximi, multi, bene pertinent.

Iraeceptores meos semper feci plurimi. De mis maestros he siempre tenido gran cuenta;

Nauci, flocci, pili, hiuus non facio.

Affit

A^{ss}is non facio.

Teruncij non facio.

Praterea Hyperbole illae proverbiales huic classis sunt:

Nauci non facio. No leſtimō^{en} vna paja. Plautus,
Nauci non erit - Eſt (Nauci) nucis putamen, aut illa membranula, quæ visitur in medio nucis iuglandis intersita.

Idem, Minas iſtas flocei non facio. No ſe me dā vn pelo, de tuſtmenaçās.

Catullus, Non faciunt pili cohortem . Id eſt, ne tantuli quidem. Pilus enim & floccus, particula lancea inutilis à vellere diuulsa, vilitatis proverbio ſeruiunt.

*Ad hanc formam dixit Terentius in Adelphis,
Huic non facio: deūlūcūs, oſtenſo pilo aut flocco.*

Tantum valet illud Catulli, Vnus aſtimemus aſſis. Eſtimemos le nada. Nam aſſis ſine ae, numimulūs, Vn quattrin, in vilitatis proverbiū ſeſſus eſt: quo modo teruncius ſiuis quarta pars. Vn marauedi, vna maia. Plautus in Capt. Neque ridiculos iam teruncij faciunt. *Idem.*

*Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim:
Et prater operam, reſtim ſumptuſſecerim.*

*A eſtimō etiam genitimo gaudet. Cicero pro Cluen-
tio, Oīshī contentionē pugnatū eſt, vt luſe capi-
tu aſtimaretur . Id eſt, vt criminaliter intenderetur:
&, vt dulgo loquimur, capitalis conclusio concepere-
tur, vt docet Buducus in posterioribus annotationi-
bus.*

I huius enquirere capitū in eadem re dixit.

Poteſt & hoc sermonu genus in verborum damnati-
di

di classes distribui. Nam tanti litem estimare est, tan-
ti damnare, quanti actoris interest. Tassar las despen-
fas. Las costas.

Cicero in Ferrem, act. 4, Consulari homini festi-
tum XVIII. millibus lis estimata sit. Idem dixit,
Gloriosa sapientia non magno estimanda est. Hoc di-
co, quod multi abhorreant à formula que in Yu est,
Magno estimo, pro Magni estimo.

Singulare est illud, Acqui boni consulo:
id est, in bonam accipio partem.

Doctis blanditur formula illa, Acqui boni consu-
lere. Tomar la buena parte. Quintilianus libro
primo. Sitne consul à consulendo, an indicando: nam
et hoc consulere veteres vocauerunt, unde adhuc re-
manet illud, Rogat boni consulas. Id est, bonum iudi-
ces.

Eodem accedit, Acqui boni facio. Cicero ad Atti-
cum, lib. 7, Tranquillissimus animus meus, qui totum
illud aqui boni facit.

Et cum copula: Terentius, Ceterum e quidem istius
Chreme, aqui bonique facio.

V E N D E N D I .

<u>Vendo</u> , <u>Reuendo</u> , <u>Addico</u> , <u>Distraho</u> ,	<small>vendo</small>
<u>Duendo</u> , <u>Venido</u> , <u>Væneo</u> , <u>Prosto</u>	<small>duendo</small>
<u>Aestimo</u> , <u>Indico</u> , <u>Inscribo</u> , <u>Liceor</u> ,	<small>aestimo</small>
<u>Licitor</u> , <u>Licere</u> , <u>Loco</u> , <u>Conduco</u> ,	<small>licitor</small>
<u>Emo</u> , <u>Coemo</u> , <u>Redimo</u> , <u>Trade</u> , <u>Taxo</u> , <u>Apprecio</u>	<small>emo</small>
<u>Mercor</u> , <u>Commercior</u> , <u>paro</u> , <u>paxo</u> , <u>impaxo</u>	<small>mercor</small>
in alio est appretiatio, venderet, et, promiseret	<small>const</small>

Constat, Valet.

Hæc verba nos dimitaxat genitivos
exigunt, Tanti, quanti, tantidem, quantius,
quantilibet, quanticunque, pluris & minoris,
si non addantur substantiua.

Nam cætera pretij vocabula, vel in
ablativo, vel per adverbium apponuntur:
vt,

Minoris reuendes, quam emeris.

Pluris conducis, quam emi poterat.

Quāticūque locabis, præliterat vēdidiſſe.

Hodie boues pluris licebant, q̄ homines.

Miror tantas ædes tam paruo inscriptas.

Paulo, Magno, Nino, Minimo,

Plurimo, Vili,

Duplo, Dividio reuendes.

Aſſe emi.

Tantidem tibi ſum traditurus. hōspitax o hōger tñacion-

Teruncio ſeu vitiosa nuce non emerim.

Nihilo conſtat.

Percarè locauit equum.

Carius emittur oleum, quam vinum.

Cariß

*Carissimè constat quod precibus emptum
est.* locat domum tuam mina.

Gratis locat ædes.

At magno pascit.

*P*eribus emendi, ac vendendi, aliisque consimili si-
gnificatu adponuntur hi genitiui, ranti, quanti, pluris,
minoris, tantidem, quatius, quantilibet, quanticung,
at ita si substantia non apponantur: tunc enim abla-
tio commutantur. *Q*uod si substantium certi pretij
ad sit pones in ablative: si adiectum substantiae po-
situm, ablativi incident ipsis: nisi per adverbia, peius, ca-
rius, melius, vilius, loqui malis.

Minoris remendes, quam emeris. Por menos lo da-
ras que te cuesta.

Pluris conducis, quam emi poterat. Ellalquier val-
le mas que se fuelle vendido.

Locat domum suam mina. Arrienda su casa por
diez ducados. *Nam locare domini est.* Arrendar. *Con-*
ducere vero inquilini. Alquilar.

Suetonius, Amplissima prædia nummo addixit.
Por poco precio. *Addicere certe nummo, est velut*
gratus donare: cuius vocis propria significatio est popu-
lari lingua deliberare. *per omnes*

Tantidem sum tibi traditurus. Por el mismo pre-
cio te lo depare.

Non tamen dicimus, quanti pretij: sed quanto pre-
tio, & maiore pretio, minore pretio.

Heratius, Eritque tuus numerorum millibus octo.
Nummus, Vn quartillo, quanti sextertius valuit.

Idem, Quant iemptas Parvo. Quant i ergo? Octu-
bis.

bis. Oclusus valuit asibus octo, Di^zocho dineros.

*Singularis est illa formula Plauti in Miles, Utam
tuam virtuosa nuce non eman. No dare de mi vida
vna nuez podrida.*

*Aille emi. Iole merce por vn quarto. Denario.
Veynti ocho maravedis. tantum valet drachma.*

Emis obolo. Cinco maravedis.

*Quanti indicavit Quati inscribit scarum? Dic quan-
titas? Fere idem Valent. A que precio metes la
sardina? Budens in Coment. Graeca lingua, τιμη θα-
inquit, vendentus est: quod Latine indicare dicitur: si-
cūt licet, ementur. Licet, Mercadear. Quanti licet?
Quanto dareis.*

*Licitatus sum rectigalia xx. francs. Io he offre-
cido al peage tres mil maravedis.*

*Hodie boves pluris licet, quam homines. Los bu-
eves eran hoy mas estimados, que los hombres.*

Licere passim affectiones. Ser apreciado.

*Terentius, Inscripti ilico ades mercede. Puse lue-
go la casa en venta. Est autem inscribere, rem venia-
lem scripto proponere.*

*Sic dicimus, Parvo, Vili: pro Bono foro, Barbaris re-
linquentes. Minimo. A gran barato. Magno con-
stat. Cuesta caro.*

Plaur. Nimio empre tibi videntur. Muy caro.

Sic plurimo duplo. Al doble. Dimidio. La mitad.

Per adserbia autem sic loquimur,

Carinus emitur oleum, quam vinum. Mas caro.

*Cicer pro domo sua, Emis dominum litigatoribus de-
fatigatu, propè dimidio carius, quam estimabatur.
Quali al doble.*

Percare locauit equum. Bien-caramente dio su-

caualo a alquiler.

*Tulliana puritatis est, Carissimè constat, quod pre-
cibus emptum est. Caro se vende lo que por ruesgos
se merca.*

*Gratis locat ades, Gratis. Por nada arrendo su
casa. Pro nihil oblicet tolerabile non esset. Quintilianus
lib. 10, Gratis ne ei semper agendum sit, traclari potest.
Terent. in Hormione, Et meam duces gratis.*

A P P E N D I X.

*Quis & quibuslibet verbis pretij nomine
aut aduerbiū apponitur ad hanc formam:
Magno pransi sumus, pluris cœnaturi.
Non minoris docet, quam talento.
Hic magno cūiam tacet.*

*Nimio, Minimo, Paulo vivitur Londini,
Care babit,
Sed carius cacat Bassus,
Nec salutat gratis.*

*Omne verberum genus, tamē si natura non signifi-
cat emptionem, pretij vocabula, neque dissimili forma
sibi subvenit.*

*Lutetia dormimus liardo. A paris pagamo por ca-
ma dos marauedis un ardite.*

Quanti pransi es tu? Quanto pagastes por la comida.

*Magno pransi sumus, pluris cœnaturi. Mucho he-
mos pagado del yañary mas pagaremos del cenar.*

Quanti docetur Bragraci? Parro. A buen barato.

Quant

Quanti ergo? Sex seicentos. Por quarenta marauedis.

*Plinii, Neminem minoris docuit talento. A nadi enseño de quinientos ducados. Tanti enim talen-
tum valuit, quae maxima pecunie summa apud At-
ticos fuit.*

Idem, Tanti perire potuisse.

*Inuenialis, Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio
quantus?*

*Magno plerique amant, sit illis faustum: nolim e-
go amare tanti.*

*Hie magno etiam taceat. Mucho cuesta su callar.
De Demosthene, qui pluris filuit, quam alijs loquebatur.*

*Non minoris feruicio me trascit. No me posso el-
rio por menos de vn marauedi.*

*Nuntius fert literas carolini. Por vn quatrin de
porte.*

*Minime vinitur Lutetiae. A gran barato viuen en
paris. Martialis.*

Ventrus omnes misero, nee te pudet, excipit auro.

Basse bibis vitro, carius ergo cacas.

*Nunc gratis salutamas. Las reuerencias ahora
no cuestan nada. At veteres portula salutabant.
Los antigos por dos reales saludaban.*

*Aesse satis expletur Lutetiae. Por tres blancas be-
uen a paris hasta no mas.*

*Terent. in Hecyra, Quam minimo pretio suam de-
luptatem expedient. Non sum ego potitus auro.*

A C C V S A N D I

*Verba accusandi, dammandi, absoluendi, liberandi,
di, & consimilia, genitiionis ciscunt, qui*

C 2

crimen significet, vt

Accersitus est capitis. anctudo antecessor

Detulit fratrem lesæ maiestatis.

Postulatus est repetundariorum, siue de re-
petundis. Secundus

Accusavit male gestæ rei, male obitæ lega-
tionis. obitæ legationem / hæc se enbarata

Egit cion nouerca iniuriariorum.

Condemnatus est peculatorius. hunc ad sententias
ad apportion. et per
multas casas

Reum egit parricidij. undemnabilis

Damnavit incestus. complicatio omnia

Hic furti se alligat, est gestu reprehenditur

Criminatus est adulterij, cum plagijs tene-
retur. unde plagiarius
tenuit.

Arguit te mendacij.

Reuicit pericrij. secundum uicit ab eo

Inclusat negligentia. que/na se decepit et expedito

Appellatus est beneficij.

Insimulas herum auaritiæ. accusa ex parte

Sugillas parsimonie. et carnositas onus

Notas libidinis, seu de libidine.

Infans

Infamas inficitiae.

Traducis luxuriae. est ludibrio haberi

Suspition habes perfidiae, siue de perfidia.

Taxas ambitionis. innusare. s. infamare

Calumniaris maleficij. idem quod intromulare

Admonuit me errati.

Commonuit te promissi.

Accersitus est capit. Fue acusado a pena capital.

*Sallustius in Jugurtha, Q uos pecunie capte arcet-
sebant. Alos quales acusaban de hauer tomado el
dinero.*

*Cornelius Tacitus, Maiestatis delatus est. De leja
maiestad.*

*Suetonius in Cesare, Caterium Corneliam Dolabel-
lam consularem & triumphalem repetundarum po-
fudabant. De hauer detenido el dinero publico,*

*Accusavit male gesta rei. De hauer gouerna-
do. mal*

*Accusavit male obit & legationis. obire legationem
Egit cum nouera iniuriarum. Hijo citat summa-
drastra por de iniurias.*

*Cicero, Egit is, eni manus praecisa est, iniuriarum.
Aquel a qui eu fue cortada la mano, mouio el ple-
yto en action de iniurias.*

*Cicero, Secleris condemnat generum suum. Con-
demno su yerno de la mal dad.*

*Condemnatus est peculator. De hauer rabado las
rentas publicas.*

Est autē peculatus, pecuniae publicae, ^{aut} principis furtū.
Reum egit, qui accusauit. Peregit autem, qui conui-
cit facinorū.

Reum egit parricidij. Accuso le de partidio de
hauer madato suu compañoero.

Damnavit incestus. Incestus cum sanguine contum-
elis, aut cum sanctimonialibus sit.

Terentius in Eunucho, Hic se furti alligat. El mis-
mo se haze culpante del hurto.

Cum plagi teneretur. Quando fue culpato como
plagiario: cuius tenetur, qui liberum emit, aut den-
dit, aut quis seruos alienos surripit.

Plau. Mendacij te teneo. Io te hallo en mentira.

Arguit te mendacij, idem valer.

Arguit te solacissimi. Reprehende te de incon-
gruidad. Vnde solacista, que no bene congrau dicimus.

Renunciam te per iury. Io te conuencire de periu-
rio.

Inclusat negligentie. Acusa de negligetia. Plaus-
tus, Quā alterum inclusat probri, ipsum se intueri oportet.
Qui a otro acusa dedelhonra, acate a si mes-
mo.

Eiusdem forme est, Appellatus est veneficij. De
hechiceria pouçona. Appellare dicimus, in ius re-
care.

Terentianum est in Phormione, si herum insimula-
bis auaritia male audies. Si tu aculas mi amo de au-
varicia, algun mal te te dira.

Nam insimulare est crimen ingenerare.

Sugillas parsimonie. Aculas le de escaseza.

Cicerō, Boni ciues nulla ignominia notati. Buenos
ciudadanos sin alguna tacha. Gellius lib. 4, Notati-

tur (ait) impolitiae.

Infamus infamie. Diffamas le de ignorantia.

Traducis luxurie. Burlas te de su pompa. *Tradus cere* (*scriptor budens*) est *ludibrio habere*: *lingua vulgi appellat facere charinarium.* Como una farça. *Luxuria autem*, est *immoderatus retum usus*, *sordibus dissimilis*, inter que media est mundities.

Suspectum habes perfidie, sine de perfidia. Tienes le por desleal. *Cicero Curioni*, *Quanquam me nomine negligentia suspectum tibi esse doleo*. *Plinius de viris illustribus*, *Claudia Virgo Vestalis falsò de incertu suspecta*.

Quintilianus lib. 6, In utroque parricidij peccato.
De ambas partes eres homicida.

Calumniari maleficij. Falsamentele accusas del maleficio. *Ideum significat calumniari*, *falso scilicet crima intendere*.

Cicero ad Heren. Index absoluuit iniuriarum illum.
El juez le absoluo de la accusation de iniurias.

Quintilianus libro primo, Grammaticos sui officij commonenemus. Auisamos los gramicicos, de haber su deuer.

Commonefacito illum promissi. Haze le acordar de su promesa.

Admonuit me errati. Aviso me de mi yerro.

Obuii sunt et illae formulae. Cicero Offic. 2,
Ne quād unquam innocentē iudicio capitū accersas.
Idem, Accusas inertiam adolescentum.
Idem, Putavi ea de re te esse admonendum.

S I N G V L A R E E S T.

Expostulauit mecum de nō missis ad se literis.

Expostulo secundum a. unqueror C 4

Dete

*Erudita oratio, Expositus anit mecum de non missis
ad se literis. Quexo se a mi por no le hauer scribi-
do. Terentius in Andria, sed quid agam t adcamne
ad cum, & cum eo iniuriam hanc expositus em?*

A P P E N D I X.

*Si non fuerit propriū criminis nomine, ap-
ponitur ablative addita scire præpositione.
Vtrum ambitus accusas, an sacrilegij: an
utroque, siue de utroque?*

De plurimis simul accusaris.

*Cum his verbis, alter, iter, terque, ambo, in abla-
tivo dunt axat locum habent. neuter, uter, lego, per
utrum ambitus accusas, an sacrilegij, an utroque,
siue de utroque? Accusas le de simonia, o de sacrile-
gio, o de los dos? Responde, Neutro. Ni de uno ne
de otro. Altero. Del uno solamente. Non autem
neutrini, aut alterini, si emendate loqui velis.*

De plurimis simul accusaris.

*Gellius, Quae Timarethum de pudicitia grauiter in-
signiterque accusaret. Cicero ad Atticum, De coro-
natu cum sororis tuae filius à patre accusatus esset, re-
scripsit se coronam habuisse honoris Caesaris causa, pe-
suisse lucis gratia.*

MISERET, ET CAETERA.

Miseret, misere scit me tui.

Piget te laboris.

Multos vitæ tædet.

Non tē puden̄ vanitatis?

Nest

Nostris nos met pœnitet.

Hæc quing, verba genitius cū accusatius gaudent.
Teren. in Eun. Misericet me tui. Piedad tengo de ty.
Piget te labors. Pesa te de trauaiar. Perejolo
eres al trabaio.

Plautus in Casina, Tædet sermonis tui: scilicet me-
Tus palabras me enojan.

Terentius in Phormione, Non te pudet vanitatis?
No tiene vergüenza de cosa tam vana?

Ibidem, Nostris nos met pœnitet. Estamos mal con
tentos de nosotros mismos.

Hæc genitiuum babent cum accusati-
uo, nisi dicamus,
Puditum est consiliij.

Misertum est virginis.

Pertæsum est coniugij.

Præteriti periphrasis solùm genitiuum sibi subiecit.
Virgiliius & Eneidos quarto, si non pertæsum thala-
mi, sed eque fuisset. Hic traditur frequentior loquendi
Ysus. Nam Cornelius Nepos, Nusquam, inquit, suscep-
ti operis eum pertæsum est. Plautus, Nam nunc eum
vidi miserum, & me eins misertum est. Tu ne del
piedat.

A P P E N D I X .

Sed impersonalibus loco genitiui potest
addi verbum infinitum: vt,
Tædet me vitæ. Tædet me viuere.

Piget militiae. Piget militare,
Cicero, Paenitent defendere. Despecho tengo de te de- fender.

T adet me vivere. Enojo me de vivir. Terent. in Phorm. At enim t adet iam audire eadens milles. Enoja me de oyr mil vezes vna misma cosa.

V A R I A N T I A Q U A E D A M .

Hæc variam habent constructionem:
Misereor tui, vel tibi.

Meminit tui, vel de te: id est, mentionem fe- cit.

Memini, pro recordor, plerunque accusati- uo iungitur.

Obluiscor, recordor, reminiscor, recolo tui, vel te.

Venit in mentem eius diei: id est, recor- dor.

Vel, Venit in mentem ille dies.

Pleraque dilectiones sunt, que non responsum diversans constructionem: ut

Plautus, Nemini misericordia certum est, quia mei mi- sereret nemo. Deliberado tengo no hauer piedad de alguno, pues nadie la tiene de mi.

Cicero in Tusculanis, Perge, aude, nate illa clypeata, patrus pessibus misericordia.

Quintil. Neg, omnino luitus rei meminist poeta ipse.
 El

El poeta no hizo mention alguna desta cosa.

*Plaut. in Casina, Mirū ecasor senecta atate te offi
eium tuum non meminisse.* Maravilla es por cierto,
que en tu vejez no te hayas acordado de hazer tu
deuer.

*Obliniscor, Olvido me. Recordor, Acuerdo me.
Reminiscor, Reduzgo a la memoria. Recordor-idem
genitivum aut accusativum asciuntur.*

*Terentius. Eius reminiscor. Yo me vuelvo a acor-
dar del.*

*Cicero, Bella à se gesta triumphosque recordantur.
Pro Plancio, De illius recordor.*

*Cicero, Cùm illius diei mihi venit in mētem, Quan-
do me acuerdo de aquel dia. Quæ oratio per eclipsim
effertur. Sub intelligitur enim cōditio, qualitas, status.*

*Terentius in Phormione, Nam mihi veniebat in
mentem eius inconveniendum. Vbi pleni constructionis
sunt numeri.*

Potitus est rerum: id est, vicit.

Et, Potitus est amica: id est, afferatus est.

Eget tui, vel te.

Indiget auxiliij, vel auxilio.

*Potiri cum genitivo, vincere: cum ablativo, afferari
sonat. Cicero primo epist. Te illius regni potiri. Que-
